

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de  
Antverpiæ, 1649**

§. 5. Quo quis perfectior, eo timidior, pluræ enim poßidet, quæ perdat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](#)

altior columnæ, supremo illo Angelo? Ita  
hæc, columnæ munita armis, donis, prærogatiis,  
virtutibus, gratia cœlesti. Et quæ co-  
lumnae cœteri Angelorum chori, tam sibi con-  
stantes, incorruptibles ex natura, & immortales,  
mille diversis coloribus donorum manus  
Dei formosissimi? Illas cœli columnas nomi-  
**Lob 9.6.** nat Iob: *Columna eius concutuntur, Et nihilominus vel unus flatus potuit haec prætoriam & dromonem maximum demergere. Flavis ab Oriente Eurus superbiæ, tempestatem in corde eius excitauit, quâ exētrum, non surrectus, inferni abysso damnatus absorbetur, & cum eo alij millem Angeli, his turbinibus involuuntur perituri. Quis non stuperat? hoc potuit superbias ventus? potuit. Et ille potuit duas illas priores columnas, Dei manu erectoras in paradiso patres nostros, in profundissimum totius peccati, & omnium calamitatum pelagus deturbare: columnas, inquit illas, quibus totius humani generis pondus innibatur, & nostra natura nobilissimum adiudicium: Vnius serpens halitus eos, ut nubes, cum omnibus diuiniis, quas secum vehebant in abyssum deiecit. Quâm fortis columna David?*

**Pf. 29.7.** Nulla videtur eum posse vis contraria prostertere. *Ego dixi in abundancia græcis, Non moubor in eternum. Attamen ventus tam leuis, conspectus mulieris, ecce proleretur eum, & ut nubes demergit, perire ut licet, sibi vociferari. Temporas demerget me. D. Petrus eorum vinos, quos D. Paulus inservit columnas, Qui videbantur columnæ esse. Ut nubes, ad haliatum vinos pedissequæ oltiaræ, demergitur, ac periret, ut si velocius eriperetur. Et ne diutius harcianus mente ad inferna descendite, ab illis inquirentibus. Quis vos demerget? Respondeat ha-  
**Isa. 64.6.** omnes. *Iniquitates noſtas, quasi ventus absolu- runt nos. Vi una deinceps ambitionis ventus, alterum cupiditas, alterum luxuria: res tantillæ, quas si confideremus, stupefemus.**

**Ad Phei- lipp. 2.12.** *Hinc Sanctorum oritur timor: hinc ad illos vox illa D. Pauli: *Cum tu in tremore usquam salutem operaris.* Vult, ut videquaque solliciti vivant mille oculis, ut illa Ezechielis animalia circumspiciant, quæ sibi timenda, timeant conversationem: multa enim subsunt pericula, aspectum oculorum, negotia, temporis iactram. *Homo sapiens, testatur Spiritus S.* In omnibus metuit. Fatuorum est, pericula non timere, in omni loco sibi spondere securitatem, sine suspcione colloqui, sine prudentia oculos coni- cere, sine fratre comedere, conuersationibus se*

liberimè ingere, intrepidè frequentare tripa- dia, impudicè quilibet atripere: sapiens vero. *In omnibus metuit.* Novit enim vel unum fla- tyn, illum ut naues, quaquaersum impellere, & cuertere. Quid? quod te ut nauem impellat verbolum ab altero prolatum: nihil aliud quam ventus? Quo taliter strepitus unius mulieris simbris, quam persensisti, te cuerit impudicum? Quod taliter faciei venustas, ut fatearis, unius puella? Ut te submersum habeat aut cu- piditas, quod poluis est & nihil? Contemplatur D. Chrysostom. D. Paulum, & miratur cum tam merito sum post mille ieiunia, quibus car- nem suam mortificauerat abstemimus, post continuum orationis studium, ut dicere potuerit, se magis in supernis quam in terra conuersari, post tam molestas peregrinationes, quibus ma- gis anima inambulauerat perfectionis viam, quam corpore per mundum peregrinus incle- rat: post tot recepta cœli dona gratiarum, quibus in tertium calum rapiebatur extaticus, ex nunc fruens cœlestis gloriae delicias ut beatus: tam ad metam perfectionis vicinus Abile- ta, ut fateatur: *Christo confixus sum eructi,* & **Gal. 1.16.** adeo à mundana societate alienus, ut dicas. *Mibi mundus crucifixus est,* & ego mundo. Timet, tre- **Gal. 6.14.** pidat, nec sibi habet illud, ut dicit D. Chrysostom: *in ter- tium rapiss calum,* & *in paradisum delatum.* **Hom. 1.1.** Audiens ineffabilia verba: *in mysteriorum celum post. T. p. factus particeps, cum orbem totum percurreat, tangam alicuius quibusdam fiducis, ad Corinthon scribens, dicebat. Vereor, ne forte, cum alio pra- dicauerim, ipse reproducerem.*

**9. 5. Quo quis perfectior, eo timidi, & plura enim possidet, que perdat.**

**Q**uid igitur Paule Sanctissime, & modo ti. **15. 15.** mes, factus vas dimicatum cœlestium? Cum iam pax oculis laborum certas pra- mium, & quidem illuc manus apprehen- dum. Modo formidas, tò progressus, ut omnem diaboli potentiam, totumque infustum, ut lu- tum pedibus proteras, mundum deuinas, car- nem subiectas? Quinimò, magis timet, sit D. Chrysostom. & merito, idque od duas causas. **Hom. 1.1.** Dicit quia quo plures possident diuinitas, tanto plus peccat, habet quod perdat. Tantò magis naut times, ut pereat, quanto pluribus onera meribus è portu soluit: Parum tibi refert, parum angelis, si cymba vilis depereat, non nisi arenâ vel luto onerata; sed quanta formidine corrisperis; ne tibi oneraria.

oneraria demergatur, in qua scrinia gemmis  
preciosis plena, & arcas diuitis, auro & argento  
turgidas exposuisti? Et merito quidem: si enim  
hec maris fluctibus absorbeantur, tibi perit  
muletum. En tibi ratio; cur Sancti ita angantur,  
& quo sanctiores sunt, eo plus anguntur: quo  
sunt enim perfectiores, eo plus habent, quod  
ipsis peccat.

<sup>1.19.19.</sup> Quærit D. Thom. Num quo quis est san-  
<sup>2.10.</sup> dior, & vterius in via progressus est perfectio-  
nem, habeat magis cur timeat: obsecitur enim il-  
<sup>1.19.16.</sup> lud D. Ioan. *Timor non est in charitate, sed perse-  
4.18.* <sup>1.</sup> <sup>Duplex</sup> <sup>timor.</sup> *Charitas foras misit timorem:* Dein in hoc  
mundo, quanto magis vni augent lux iustitiae  
æquilibrium rationes, calque liquidi cognoscit,  
eo minus se causâ calvrum timet. Responde D.  
Thom. si de scruſu timore sit qualitas, conſtat  
omnibus, quod perfectior minus timet, quia,  
quo perfectior, eo minus Dei debitor, & pauci-  
ra habet gratiam, nec mouet eum timor al-  
eius iacturæ, vel lucri particularis auditas: sed  
putus amor: attamen si de timore filiali loqua-  
mur, quo sanctus timet Deum, ab eo elongari,  
vel euia offendere, quo magis in eo cœlentur,  
virtutes, gratia, Dei dona, eo etiam magis cre-  
scit ille timor: quia quo perfectior plus possidet  
Dei, & diuinis donis & virtutibus est ditor, eo  
est in Dei cognitione sublimior, & clarior, quid  
sibi sit perdeendum, intuetur: Distinctius cogno-  
vit, quis sit Deus, quanti valeat, & quam magni-  
ficendus, quid sit anima, & quanta, & quanti  
preceps: his preceps tanto maiori metu rapitur,  
quo plura sunt, quorum faciat iacturam.

<sup>Rem. ad</sup> Conclusionem igitur probat D. Chrysostom.  
<sup>pp. ante</sup> inductione particulari Sanctorum, & praefer-  
<sup>medio.</sup> tim D. Pauli, & discipuli eius S. Timothei:  
in quibus, ut ipse profequitur, eo modo, quo  
corum merita augebantur sanctitatis, quæ con-  
filit in vera Dei dilectione, eo etiam augebasur  
in eis timor, tam ineffabile bonum dependendi.  
Circa hanc difficultatem subtiliter loquitur Car-  
dinalis Caietanus, expendens doctrinam D.  
<sup>1.19.19.</sup> D. Thom. Viden' rationem, cur nou timeas,  
tanto periculo, mundi mire pernauigans: quia  
sephæ es inanis, lacera, vilis, perdita, quæ mihi  
& luto: quæ sunt onerariae vestræ merces, nisi  
cupiditates, avaritiae, libertates, peruria, Dei,  
& Sanctorum contemptus? Tonus effusus, sa-  
piente teste, in vanitatis, nec attendis, nec co-  
gnosis, quis sit Deus, nec quantum dampnum,  
illius pati naufragium; nec anima tua appen-  
<sup>5.2.11.</sup> dis dignitatem, nec eius nostri valorem. Errane-

runt; excaecavit enim illos malitia eorum, & ne-  
stierunt sacramenta Dei, nec sacerdauerunt merce-  
dem iustitie: nec indicauerunt honorem anima-  
rum suarum.

Cæcus est peccator, nec considerat, quæ sint 16  
dona Dei, quæ præmia præparaverit seruis suis:  
quid sit sua anima, proinde non curat, nec ei vel  
claus amittitur, si triste naufragium patiatur:  
Tales, quales dicit D. Paul. *Qui desperantes, se Epheſ 4.8*  
metipſos tradiderint impudicis. Quibus nec vel 19.  
ato mus pereat, si Dei, si cali, si gloria iacturam  
faciant, virtutibus vacui, lascivis leſe vitro de-  
merterunt. Sun Libaniez viles, inane, nullius  
pre ij, quid ad illos, si pereant?

Satis faceta fuit illa responſio, Ariſtippi cele-  
bris Philosophi, quondam discipuli Socratis,  
quam, ut sapientissimum narrat D. August. re. D. Aver.  
ferens Aulum Gellium qui, hoc nomine ab illo *Liber. 9. de*  
honestatur. *Vir elegantissimi eloquij & multe ac ciu. c. 1. 4.*  
*scunda ſi nta.* Naui veſtirunt hic Philosophus, *To. 5.*  
vehemens inguit tempeſtas, nauis periclitatur  
conteri, vbiq[ue] mortis imago: metu pene ex-  
aminatur Philosophus: silent venti, aura fanet,  
redit aperto celo malacia: prodic[us] nescio quis de  
grego leuira, eadem vetus nani: O Philosophus  
Ariſtippe: maior mihi, quam tibi eſt animus,  
non enim me haec deteruit tempeſtas, tu metu  
obriguisti: Cui Philosophus. Frater, optimè  
fecisti, nihil enim in te bonum eſt, sed abiecta  
quædam anima, stulta, erroribus insipiens, ob-  
ſcurus intellectus, voluntas peruersa, te submer-  
ſo quid adeo multum perderetur: at ego, tot  
congregatis Philosophia theſauris diues, Ari-  
ſippi præclarissimi Philosophi anima, quæ tan-  
ti ab omnibus astimatur, multa mihi periclitau-  
bantur, vnde & tanto mihi magis metuendum:  
Respondit, illam pro anima nequissimi nebulosum  
merito non fuisse ſollicitum, ſe autem pro Ariſippè  
anima timere debuisse. Quam putas eſe ratio-  
nem, cur tam pacu[m] meiuas te perditum iri in  
tentationibus & tempeſtate, quam contrate fu-  
ſicit diabolus: cur tam locoſ viuas nihil fol-  
licitus te vitiis luxuriaz, gula, avaritiaz, periu-  
riorum ſubmergendum? Nihil in te percipis ex-  
iſtimatione vel prelio dignum, proinde ſi pereas,  
quid perit? Quid cogitas, quanti curet diabolus  
animam tuam deprædarī? quærit D. Chrysolt. *H. 1. 10.*  
Tenti quanti pirata nauiculam, lacera[m], va-  
cuam, & nullius pretij occupare. Vir autem ho-  
nus & pius, multa habet quæ ſibi pereant: no-  
nūi donorum celestium preium, charitatis &  
virtutum, quorum vel minuſum præualeat omni  
auro, argento, & gemmis vniuerſis; his timet,

**Ps. 85.2.** ne demergantur. Quis attendat Dauidem, quo non timore vela det? *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.* Domine salua me, totus timore perturbor: quia sanctus sum. Opinabas ego, o Dauid, te eo minus timore percutiendum: iam enim dixerat Spiritus sanctus. *Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit.* Timeant nebulones, Dei inimici, qui illum offenduntur. Non ob hoc metuit: sed *quoniam sanctus sum:* quod enim sanctior est, eo magis se gaudet esse nauem diuinitatis onus tam; & quanto his navis solvit onus, eo Dominum maiori sollicitudine detinet inquietum.

Considerat Propheta Isaías vitam iustum. **Isa. 33.19.** *Qui ambulat in iustissimis, & loquitur veritatem &c. iste in excelsis habebit, munimenta saxonum sublimitas eius &c. Regem in decoro suo vobis debent oculi eius, &c.* Cor tuum meditabitur timorem. Iustus, cuius omnes gressus in viam virtutum directi: *Ambulat in iustissimis:* nec in vel vna tamen, sed omnibus ambulat virtutibus: castus, ely, honestus, mortificans, ignorans inimicis, pauperibus fauet, papillum defendit, vidua succurrit. *Ambulat in infinitis:* hic culmen ascendit perfectionis: & se constitutum certit tamquam in altissimā turri quadris lapidibus extracta: velut qui vigilias agit, ubi multus lapidum numerus, & illos contra impetum inimicorum deficiat, hostemque prostrernat. Hic Dei detinebit contemplatione suspensus, quasi ceteros suis oculis Dei gloriam, magnitudinem, beatitudinem, diuitias, & maiestatem: hinc orietur. *Cor tuum meditabitur timorem.* Quid times, amice, turri fortissima securus? Lapidibus circummissus? prælibans glorie delicias? Hoc ipsi timorem: erexit, cognoscere, quis sit Deus, & quod iam irreparabile dampnum eius iactura, & quod tam deplorandum infortunium, tales diuitias, tale bonum, talem animam pati natus es.

**§. 6.** *Vir sanctus magis timet, quia minimus ventus valet eum demergere, adde & exire flatus unius Dipsadi.*

**¶ 17** **S**ecunda sit hæc ratio, cur quo quis perficitur, eo sit timidor: quia clarius intelligit, quam facile anima pereat; sufficit flatus quidam naem delectare in profundum, quam rutilissima pelagi percindat fluctus, ut ante diximus. Stylo profus mirabiliter describit nobis Spiritus sanctus periculum, quo se compresos que-

rebantur Israelite in deserto: appulerunt in locum quandam serpentibus infestum, quos vocat textus Dipsades, adeo minuti ut visu vix percipi possent. *Dipsas enim genus est serpens teste Glosa ordinariæ*) ita quod vix percipitur: sed Grossales ut solo suo habitu exurerent, erant hæc quæ Ordinis vocat textus: *Ignitos serpentes.* Et iterum: *In Nomini sollicitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatus adurens.* Secunda: quod corpora valde expedita erant igni recipiendo, ob loci ariditatem, & aquæ penuriam. *Nulle omnino aqua.* Quis securus hanc perambulet solitudinem, in qua rite tutius figere credis pedem, illuc igniti hi serpentes occulti latitabant? Hoc in periculo verisamur, qui mundi deserta frequentamus: hic millenni & millenni latitant igni serpentes, Diaboli: dæmones inteligo, quorum flatus tam agnitus, ut eo solo contumens omnia excitetur incendium. Hoe Deus, qui optimè eius nouit, naturam clarissimè descripsit: *Habitu eius prænas ard re facit.* In Hebreo pro verbo *prænas* legitimus *Gakkaleth:* id est, nigerrimos carbones: q. d. Talis est Satana flatus, ut nigerrimos & invnum congeitos incendat carbones & tam splendentes, & illustres reddat, ut aenam illissimam circa priunas. Proprius si mihi Deus: quam infernali proponit tibi diabolus puellam, quæ terribilis est. *Draco?* O quam præclarum honor gradum ei, qui calumnia impetratur? quam fulgidum avaro aurum?

Disputat D. Gregor Nyssen, qua ratione potuerit ab aliis primis nostris parentibus rem *Opifex* iam exerceremos, persuadere: v. g. quod ponitum vnum, tali praefat viritate, ut diuinum esse, diuinam scientiam, & gloriam impetrare, & eius solus etsi hominem faceret Deum, & ab omni parte beatum? Ratio est: insufflavit, & propulsi hoc pomum, instar prunæ fulgidum, tam delectabile, ut solo visu, cordis ad te traheret concupiscentiam. Hoc exposuit Spiritus sanctus illa loquendi phrasim: *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vesicandum, & pulchrum oculis, & postea deliciabile.* Suauitatem saporis & gustus oculi non videt, nec sunt illius sensus objecta: quoniam igitur modo egredi abolitus, ut videret mulier pomum esse ad retentum.